Tranſmutatum in ſubſtantia eſt in potentia, in accidẽtibus uero eſt in actu.5.ph. com.8

Tranſmutatum omne cum tranſmutatur uenit in aliud ab eo a quo tranſmutatur aut ubi aut quale aut quantũ aut quando.6.ph.com.42

Tranſmutatum omne eſt in tempore.6.phy.com.58

Tranſmutatum omne eſt diuiſibile.6.phy.tex.com.39.&.48

Tranſmutatum eſt de natura continui.6.ph.com.39

Tranſmutatum omne debet habere partem.6.phy.com.48

Tranſmutatum omne tranſmutatur in tempore. 6.phyſic. commen.48

Tranſmutatum non habet primum in actu 6.ph.com.48

Tranſmutatum omne tranſmutatur ab alio.7.phy.com.3

Tranſmutatum omne tranſmutatur in tempore & non in extremo temporis ſcilicet in inſtanti.8.phy.com.23

Tranſmutatum quieſcit quando peruenit ad contrarium.8 phy.tex.com.62

Tranſmutatum eſt in potentia illud ad quod tranſmutatur 8.phy.com.70

Tranſmutatum eſt tribus modis aut per ſe aut ſecundum partem aut per accidens.5.ph.tex.com.1

Tranſmutatum ſecundum partem reducitur ad tranſmutatum per accidens.5.ph.com.1

Tranſmutatum eſſe diuiſibile aut indiuiſibile in eodem ordine eſt cum tranſmutatione.6.ph.com.32

Tranſmutatum quodlibet tranſmutatur in tempore, non in extremo temporis.8.ph.com.23

Tranſmutatum in tempore tranſmutationis non dicitur eſſe de illo ad quod tranſmutatur.8.ph.tex.com.69. 5.ph. 53.16.6.phy.39

Tremor fit ex caliditate.ca.3.de ſom.& uig.

Tremor in corpore quibus fit.2.Mete.cap.8

Tremor quare fit poſt emiſsionem urinę. 2. Meteoror. capitulo.8

Tremor qui accidit in hora mortis aſsimilatur motui. 3. collig.ca.39

Triangulus quid ſit.9.Meta.tex.com.20.1.poſt.tex.com.3

Trigonus ſemper habet duobus rectis angulos æquales.8 ph.tex.com.15

Trinitas in omnibus.1.cæli.com.2

Trinitas eſt numerus impar.2.poſt.tex.com.17

Trinitas eſt forma ſuperficiei ſm Platonē.1.Meta.com.43

Trinitatis forma ineſt rebus per naturã.1.cæli in paraphr. ſumma ſecunda.

Triorcha eſt genus accipitrum.9.de hiſt.anim.cap.36

Triſtabile habet multos modos.2.de anima.com.92

Triſtabile non inuenitur niſi in remotiſsimis extraneis.2. de anima.com.92

Triſtari & delectari eſt de agere mediante ſenſitiuo. 3.de anima.tex.29

Triſtitia & lętitia eſt ubi eſt ſenſus.2.de anima.tex. 20.27

Triſtitia & lætitia ineſt animalibus imperfectis. 3. de anima.tex.56

Triſtitia ſequitur deſiderium propter priuationem rei delectantis.3.Ethi.com.14

Triſtitia impedit actionem.10.Ethi.com.5

Trochilus eſt auis qui uolat in fauces crocodilli hianti & ex

expurgat ei dentes crocodillo & ipſe non interrimit eū 9.de hiſto.cap.6
Trocham dicitur ſe ipſum interire,3. de gen.anim.ca.6
Tropi eſt ordo.1.Meta.ca.3
Turba urbana uilium miniſteriorum nulla eſt pars ciuitatis 7.Polit.cap.9
Turdi ut hirundo nidificant ex luto.6.de hiſt.ca.1
De Turdorum generibus 9.de hiſt.anim.ca.20
Turpe appetit bonum.1.Phy.tex.com 81
Turpe eſt contrarium honeſto 1.Ethi.in procem.
Turpia tollerare non propter aliquid decorum factum eſt hominibus nillis.3.Ethic.com.2
Turtur parit oua duo in uere 6.de hiſt.ca.4
Turtures trimeſtres coire & fœtificare incipiunt 6. de hiſtoria cap.4
Turtur & merula inuicem ſe amant. nono de hiſtoria. capitulo primo
Turtures cum bibunt non reſupinant. nono de hiſto.anim. capitulo.7
Turtures uiuunt uſq; ad octo annos.9. de hiſt.ca.7
Turtures & palumbes ſemper nidulantur in locis eiſdem. 9.de hiſt.cap.7
Turturem nemo uidiſſe per hyemem dicitur.8.de hiſtoria. capitulo.16
Turtures in latebris ſe abſcundunt & in ea pēnas dimittūt. 8.de hiſt.cap.16
Turtures præpingues latere incipiunt in hyeme. 8.de hiſt, capitulo.16
Turturem nemo ait per hyemem uidiſſe, latet enim & præ pinguis latere incipit & quanquam pennas in latebra dimittat tamen pinguedinem retinet 8. de natura animal, capitulo.16
Tuſſis non eſt uox ſed ſonus mouentis aerem. 2. de anima tex.com.90
Typhon quid ſit.3.Mete.ca.1
Typhon non fit borealibus.3.Mete.ca.1
Typus propric eſt id quod ex eminētia & depreſsione redditur. Alex.ex paraph.de anima in ca.de phantaſia
Tyrannus proprium commodum quærit 8.Ethi.ca.7
Tyrannus in quo differt a rege.8.Ethi.ca.7
Tyrannus eſt contrarius regi.8.Ethi.com.7
Tyrannidis minime eſt reſpublica.4.Polit.ca.8
De Tyrannide.4.Polit.ca.10.5.Poli.ca.10
De Tyrannidis modis.4.Polit.ca.10
Tyrannidis nullis legibus ſubiacet 4. Polit.ca.10
Tyrannidis inuoluntaria eſt.4.Poli.ca.10
Tyrannidis oritur ex ſtatu populari minium ſuperbo.4.Politi.capitu.11
Tyrannidis quæ ſit pernicioſiſsima.4.Poli.ca.10.11
Tyrannidis compoſita ex duobus malis eſt.quarto Politic. capitulo.10.
Tyrannidis contines transgreſsiones & delicta.4. Politic. capitulo.10
Tyrannidis diuerſæ ſunt ſpecies.5.Polit.ca.10
Tyrannidis ſeruatur duobus modis.5.Polit.ca.11
Tyrannides multæ perierunt per mulierum contumelias.5 Polit.cap.11
De Tyrannidis duratione & quæ eſt aliis longior.5.Politico.capitulo.12
Tyranni nolentibus & nillis dominatur. 3. Politicorum capitulo.10
Tyrannicum non eſſe ſecundum naturam. tertio Politicorum capitulo.12
Tyrannus pro arbitrio denominationem exercet.3.Polit. capitulo.10
Tyrannus nullis legibus ſubiacet 4.Poli.ca.10
Tyrannus per uim dominatur.4.Polit.ca.10
Tyrannus reſpicit ad propriam utilitatem.4.Politi.cap.10 5.Politi.cap.10
Tyrannus non reſpicit ad ſubditorum utilitatem.4. Politico.ca.5.10.Polit.ca.10
Tyranni & paucorū potentia eſt illa poſtrema quæ ex populari componitur 5.Polit.cap.10
Tyrannus originem habet a populo ac a multitudine contra nobilitatem.5.Polit.ca.10
Tyrannus ad nullam reſpicit utilitatem niſi gratia proprii commodi.5.Polit.ca.10
Tyranni obiectum eſt quod Placet,regis uero obiectum quod eſt honeſtum.5.Polit.ca.10
Tyranni cuſtodia eſt a peregrinis illa uero eſt a ciuibus.5. Politico.cap.10
De Tyranni actionibus.5.Poli.ca.10
Tyrannus eſt nolentium.5.Polit.ca.10
Tyrannus ſtudet concitare bellum ut ciues occupentur ne gociis.5.Polit.ca.11
Tyranni maxime eſt de amicis diffidere.quinto Politicor. capitulo.11
Tyranni habent prauos amicos.5.Politic.ca.11
Tyranni gaudent adulationibus.5.Poli.ca.11
Tyrannicum nullum delectari honeſto neque aliquo libero.5.Politic.cap.11
Tyrannus putat ſe ſolum eſſe talem.5.Polit.ca.11
Tyranni magis accipiunt in conuentu peregrinos quā ciues.5.Politi.ca.11
Tyranni tria coniectat.5.Poli.ca.11
Tyrannus animos ciuium imminuit ut inter ſe ſint diffidentes & ſint agendi impotentes.5.Polit.ca.11
Tyranni donant ſcortis & peregrinis & hiſtrionibus.5.Politico.capitu.11

V

VACCA maxime libidine incenditur & adhuc magis equa 6.de hiſt.ca.18
Vaccæ adeo taurizant ut a bubulis nō poſſunt detineri 6.de hiſt.ca.18
Vaccæ mingunt crebrius tempore quo taurizant.6.de hiſt. capitulo.18
De Vacca quæ emittebat cibi excrementum per ueſicam.4 de gene.anim.ca.4
De Vacca uide de Boue in litera.B
Vacuum quid ſit.1.cæli tex.com.99
Vacuum eſt priuatio corporum infinita. 3.cæli com.20
Vacuum ſecundum quoſdam eſt conſiſtens per ſe abſtractū a corporibus.4.cæli com.13
Vacuum eſſe cauſam leuitatis & grauitatis ſecundum quoſdam.4.cæli com.13
Vacuum ſecundum quoſdam eſt fundatum in corporibus.4 cæli com.13
Vacuum eſſe mobile & eſſe cauſam grauitatis & leuitatis ſecundum aliquos quæ impoſsibilia ſequerentur. 4.cæli tex.com. 18.40
Vacuum ſecundum aliquos eſſe locum 4.cæli tex.com.18
Vacuum non eſt extra mundum neque plenum.3.Phyſicor. commen.74
Vacuum eſt locus ſine corpore. quarto Phyſicorum textu commen.6
Vacuum fuit primum annum ſecundum Homerum.4. Phy. tex.com.6
Vacuum non habet ſuperius neq; inferius ideo non eſt locus.4.Phy.com.30
Vacuum non eſſe locum.4.Phy.com.30
De Vacuo conſideratio eſt naturalis.tex.com.50
Vacuum ſecundum antiquos erat locus ſine corpore. 4. Ph.com.50
Vacuum & locum eſſe idem ſecundum ſubiectum & duo ſecundum diffinitionē apud antiquos.4.Ph.com.50.61
De Vacuo ſecundum diuerſas opiniones.4.Ph.tex.com.51 53.55.56.57.58 59.60
Vacuum non differt a corpore mathematico ſecundum aliquos quia utrunq; uidetur eſſe tres dimenſiones abſtractas a materia. 4.Ph.tex.com.52.57
Vacuum eſſe corpus in quo nihil eſt ſecundum aliquos. commen.57
Vacuum eſt dimenſio in qua non eſt corpus ſenſibile ſecundum aliquos.com.52
Vacuum non eſſe punctum tex.com.52
Vacuum non eſſe dimenſionem in qua nihil eſt.tex.com.58

Vacuum

Vacuum non eſt materia quia ſeparatur a re,materia uero non ſeparatur.tex com.59
Vacuum noo eſſe corpus,ſed corporis ſpatium aiunt antiqui.4.Phyſic.tex.60
Vacnum eſſe motum ſecundum aliquos. quarto Phyſi.tex. commen.61
Vacuum eſſe cauſam ſecundum aliquos. quarto Phyſicor. tex. com.61
Vacuum non ſeparatur a motu in loco. 4. Phyſicorum tex. commen.62
Vacuum deſtruitur ex motu.com.62.63.64.66
Vacuum aut eſt priuatio omnium rerum demonſtratarum ſcilicet decem prædicamentorum aut eſt dimenſio ſeparata.4.Phy.com.65.67.76
Vacuum eſt infinitum.4.Phy.tex.com.67
Vacuum non habet inferius neq; ſuperius.4.Phyſicor.tex. commen.67
Vacuum non eſt negatio ſimpliciter,ſed eſt priuatio corporum naturalium.4.Phy.com.67
Vacuum eſt aliquid non ens.4.Phy.com.67
Vacuum non eſt non ens ſimpliciter.com.67
Vacuum non habet diuerſitatem.4.Phy.com.67
Vacuum eſſe cauſam tranſlationis propter aptationem ſecundum aliquos.4.Phy.com.70
Vacuum nullam habet rationem qua excedatur a corpore. tex.com.71
Vacuum nihil habet comparationis ad plenum. 4.Phyſico. tex.com.71.72
Vacuum non habet reſiſtentiam.4.Phy.com72
Vacuum & pleuum non eſt proportio. quarto Phyſic. tex. commen.73
Vacuum ponendo nulla utilitas eſt in rebus naturalibus.4. Phy.tex.com.76
Vacuum nihil aliud eſt quam corpus abſtractum ab accidẽtibus in imaginatione.4.Phy.tex.com.76
Vacuum non eſt niſi motus.4.Phy.com.76
Vacuum eſſe penetrans in corpore aliqui dixerunt.4.Phy. commen.79
Vacuum eſſe exiſtens per ſe eſt impoſsibille. 4. Phyſicorũ. commen.80
Vacuum eſt in raro ſecundum aliquos.quarto Phyſico. tex. commen.81
Vacuum eſſe in leue ſecundum quoſdam. quarto Phyſicor. commen.81
Vacuum noo eſſe.4.Phy.com.83
Vacuum non inuenitur exiſtens per ſe,neque exiſtens in alio. com.86
Vacuum impoſsibile eſt eſſe inter conſequentia.6. Phyſic. commen.2
Vacuum uidetur eſſe in potentia.9.Metaphyſicorum. texto commen.11
Vacuum eſt locus corpore priuatus. 4. Phyſicorum. textu commen.9
Vacuum eſſe neceſſarium apud eos qui generant mundum ſecundum totum.4.Phy.tex.com.6
Vacuum ſecũdum duas ſectas erat ſeparatum a corporibus ſecundum unam,ſecundum aliam erat non ſeparatum. 4. Phyſi.tex.com.43
In Vacuo non eſt natura diuerſa neque eadem.4. Phy. tex. commen.48
Vacuo dato mobile quod poneretur in eo ubicunq; poſitũ quieſceret.4.Phy.tex.com.66
Vacuum eſt infinitum.4.Phy.com.67
Vacuum oportet ponere illos qui aſſerunt corpus generari ex non corpore ſimpliciter.3.cæli com.29. 4. Phyſico. tex.com.6
Vacuum dato quod eſſet non eſſet cauſa naturalis,cauſæ.n. naturales ſunt quatuor famoſæ.4.cæli com.20
Vacuum eſt cum non fiat illud cuius cauſa factũ eſt. 2. Phy. tex.com.62
Vapor eſt humiditas quædam.ca.5.de ſenſu
Vapor eſt aqua.ca.5. de ſenſu
Vapor eſt aquæ diſgregatio.1.Mete.ca.4
Vaporis natura eſt eſſe calidum & humidum.1. Meteoror. capitulo.4
Vapor eſt potentia aqua.1.Mete.ca.4
De Vapore frigido & humido,calido & humido.1.Meteo. in commento
Vapor fit ex aere. 1.Mete.ca.10
Vapor ſemper eleuatur a caliditate ſolis & iterum deſertur deorſum frigiditate aeris ad terram 1.Mete.ca.10
Vapor eſt calidior aqua.1.Mete.ca.11
Vapor eſt exhalatio.1.Mete.ca.4
Vapor eſt duarum ſpecierum. ſecundo Meteoror. commen.de uentis
Vapor unus eſt humidus alter ſiccus qui dicitur exhalatio. 2.Mete.com.de uentis
De Vapore humido cui fit ipſa pluuia.2.Meteor. commento de uentis
Vapores præcedunt generationem uentorum.2. Meteoro. com.de uentis
Vaporum multitudo & eorum groſsitudo ſequitur ex ſolis caloris multitudine.2.Mete.com.de uentis
Vaporum diſſolutio & abſciſsio ſequitur ex intenſione caloris,& ex paucitate caloris ſolis ſequitur aſcẽſio & multitudo uaporum.2.Mete.com.de uentis
Vapor eſt res quæ exit ex humore corporis per calorem exteriorem ad aerem.4.Mete.tex.40
Vapor omnis terrenus uim habet aeris craſsioris. 5. de gener.anim.cap.4
Vapor terenus eſt quaſi uelut pruina. quinto de generati. anim.cap.4
Vaporabiles res ſunt aereæ & ſunt calidæ & humidę.5.collig.cap.6
Vaporatio eſt duplex.5.coll.ca.6
Variatio eſt dulciſsima res ſecundum poetam. 7. Ethicor. capitulo.14
Vas plenum cinere tantum recipit de aqua quantum recipit quando eſt uacuum.4.Ph.com.56
Vas cupreum non deſcendit in aqua licet cuprum deſcendat.2.cæli com.79
Vbi aliquid mouetur naturaliter ibi etiã naturaliter quieſcit.2.cæli tex.92
Vbi eſt infinitum non per ſe,ſed prout eſt cum quantitate.1 Phy.com.15
Vbi eſt in loco.ca.de ſitu & poſit.in prędic.
Vbi quomodo dicit̃ principium quia pręcedit a loco.in proœmio ſex prin.
Vbi eſt de extrinſecis.in proœ.com.de ſex prio.
Vbi non eſt prædicamentum quantitatis licet ubi ſit locus & locus ſit quantitas. com. de actione io ſex prin.
Vbi eſt circumſcriptio corporis prouenieus a circumſcriptione loci.cap.ubi io ſex princ.
Vbi & locus non eſt in eodem.ca.de ubi in ſex prin.
Vbi aliud eſt ſimplex aliud compoſitum. capitulo vbi in ſex principiis
Vbi ſemper eſt in locato.com.ubi in ſex princ.
Vbi caret intenſione & remiſsione.ca.ubi in ſex prin.
Vbi nihil ineſt eſſe contrarium.ca.ubi in ſex prin.
Vbi proprium eſt non habere contrarium.commẽto ubi in ſex principiis
Vbi habet contrarium non in inquantum eſt ubi, ſed inquantum eſt qualitas uel quantitas.commento ubi in ſex principiis
Vbi fuerit aliquid magis uerum quam aliud neceſſe eſt ibi eſſe aliquod uerum ſimpliciter.quarto Metaphyſicorum commen.18
Vbi eſt principium alicuius uirtutis ibi eſt etiam principiũ organi illius uirtutis & econuerſo ſecũdum Galenum.3 de partibus.ca.4
Vbicatio ponitur aut in diffinitione grauis & locus aut eſt actio intentionis quæ collocatur in diffinitione eorum.8 Phy.com.32
Vagetabilia non habent locum niſi ſuperius & inferius.2. cæli tex.com.7.12
Vegetabilia generantur ex ſemine.1.Phy.com.62
Vegetabilia omnia uidentur uiuere.ſecundo de anima tex. commen.14

Vegetabilia augentur & nutriuntur. 2. de anima textu commen.14

Vegetabile poteſt ſeparari ab aliis potentiis animæ, ſed aliæ potentiæ non poſſunt ſeparari a uegetabili. 2. de anima tex.15

Vegetabilia nutritiua generatiua augmentatiua ſunt eadem. 2. de anima tex.com.42

Vegetabilia quomodo non habent ſenſum. 2. de anima tex. commen.124

Vegetabilia quare non habent ſenſum tactus. 2. de anima. tex.com.124

Vegetabilia patiuntur a tangibilibus & tamen non habent ſenſum tactus. 2. de anima tex.com.124

Vegetabilia non habent medium neq; principiũ per quod poſsint recipere formas ſenſibilium. 2. de anima textu. commen.128

Vegetabile ineſt omnibus generabilibus & corruptibilibus. 3. de anima tex.59

Vegetabilia non habent ſenſum tactus neq; alios ſenſus. 3. de anima.com.66

Vegetabilia ſunt longioris uitæ animalibus. com. de long. & br. uitæ

Vegetabilia & animalia in quibus dominatur calor et humiditas ſunt longioris uitæ. commen. de longitudi. & breui. uitæ.

Vegetabilia ſunt longioris uitæ in quibus dominantur uirtutes actiuæ magis quam paſsiuæ. commen. de longitu. & breui. uitę.

Vegetabilem potentiam neceſſe eſt ineſſe omnibus uiuentibus. 3. de anima tex.com.59

Vegetatiuum poteſt ſeparari ab omne ſenſu & non ecõtra 2. de anima tex.com.17

Vegetatiuum eſt pars animæ. 2. de anima tex.com.17.27

Vegetatiuum ineſt plantis. 2. de anima tex.com.27

Vegetatiuum ſeparatur a ſenſitiuo. 2. de anima tex. comment.35

Vegetatiua anima ineſt omnibus & maxime eſt cõmunis potentia animæ. 2. de anima tex.34

Vegetatiuæ animæ opera ſunt generare & uti alimento. commen.34

Vegetatiuæ actio eſt generare ſibi ſimile in ſpecie. 2. de anima tex.com.34

Vegetatiua anima communicat cum ſempiterno. 2. de anima.com.34

Vegetatiuum & nutritiuum eſt idem. 2. de anima.com.45

Vegetatiuæ operationes ſunt nutrire augere generare. 2. de anima.com.42

Vegetatiua ineſt omnibus plantis & omnibus animalibus. 3. de anima tex.com.41

Vegetatiuum & generatiuum utiq; uidetur mouere. 3. de anima tex.com.43

Vegetatiua eſt cunctis animatis. 1. Ethi.ca.18

Vegetatiua non eſt humana. 1. Ethi.cap.18

Vegetatiua in ſomno maxime operatur. 1. Ethi.cap.18

Vegetatiua anima eſt communis plantis & animalibus. 1. Ethi.com.18

Vegetatiua anima non participat ratione aliquo modo. 1. Ethi.com.18

Vegetatiua ineſt omnibus animalibus, aliæ animæ partes inſunt quibuſdam & quibuſdam non. 2. de gene. animal. capitulo.3

De uegetatiua uide de NVTRITIVA.

Velia eſt auis. 9. de hiſtor.cap.16

Velia in æſtate conſiſtit in umbra. 9. de hiſto.ca.16

Velia eſt paruo corpore ſeu parui corporis eſt. 9. de hiſto. capitulo.16

Velia eſt proba uoce & colore pulchro. 9. de hiſt.ca.16

Velia ingenio maxime ipſa præpollet. 9. de hiſt. cap.16

Velia peregrina eſſe uidetur. 9. de hiſt.cap.16

Velia ſpeciem decoram præ ſe fert. 9. de hiſt.cap.16

Velle non eſt electio. 3. Ethi.com.5

Velle eſt etiam impoſsibilium. 3. Ethi.com.5

Velle inuenitur circa res impoſsibiles, 3. Ethicorum, commen.5

Velle eſt maxime finis. 3 Ethi.com.5

Velocitatis proportio ad uelocitatem eſt ſicut proportio ſpacii ad ſpacium. 2. cæli tex. commen. 46. tertio cæli commen.26

Velocitatis proportio ad uelocitatem eſt ſicut magnitudinis ad magnitudinem proportio. 3. cæli. com.46

Velocitas motus eſt ex augmento potentiæ motoris ſuper potentiam ipſius moti. 3. cæli.tex.com 27

Velocitatis proportio ad uelocitatẽ eſt ſicut exceſſus proportio unius ad alterum. 4. phy.tex.com.71

De uelocitatis proportione & tarditatis. 4. phyſicorum commen.71

Velocitas & tarditas non ſunt differentiæ motus. 5. phyſic. tex.com.44

Velocitas & tarditas ſunt propter diuiſibilitatem tẽporis & magnitudinis. 6. ph.com.11.25

Velocitas & tarditas ſunt ſigna diuiſibilitatis. 6. phy.text. commen.25

Velocitas & tarditas procedunt in infinitum. 6. phyſi.tex. commen.15.26

Velocitas propria unicuiq; motui ſequitur exceſſum potẽtiæ motoris ſuper potentiam moti. 7. phy. com.35

De uelocitatę motus ad motorẽ & motum. 7. ph.com.36

Velocitas & grauitas commune eſt in contrariis. 10. Meta.tex.com.3

Velocitas eſt exceſſus motus. 10. Meta.tex.3

Velocitas & tarditas uidetur eſſe proprium omni motui. 10. Ethi.cap.2.com.3

Velocitas & tarditas impoſsibile eſt ut inueniatur in delectatione. 10. Ethi.com.3

Velocitas & tarditas non ſunt motus additi aut diminuti ab eo. 4. phy.com.96

Velocitatis diuerſitas inuenitur tribus modis. 6. phyſicorum.61

Velocitas in ſphæra eius quod uicinatur centro & eius quod eſt extra non eſt eadem uelocitas. 6. phyſi.textu commen.86

Velocitas æquiuoce dicitur de motu recto & de circulari & de motu locali & de motu alterationis. 7. phyſicorum com.34.24

Velocitas & tarditas motus non ſunt niſi præter diuerſitatem proportionis motoris ad rem motam. 2. cæli comment.36

Velocius & tardius inuenitur in omnibus tranſmutationibus. 4. ph.tex.com.129

Velocius quid ſignificat. 4. ph.com.129

Velox & tardum tempore terminatur. 4. phyſicorum tex commen.96

Velocius dicitur reſpectu tardioris. 6. ph. textu. com.15 & econuerſo.

Velocius mouetur in maiori tempore quam tardius. 6. ph tex.com.11.12.13.14.16.23

Velocius & tardius eſt in omni tempore. 6. phyſicorum com.15.23

Velocius diuidit tempus & tardius magnitudinem. 6. phy tex.com.16

Velocius & tardius eſt in omni tempore. 6. phyſicor. tex. commen.23

Velocius & tardius ſunt multis modis. 6. phyſicorum tex. commen.23

Velocius & tardius non dicitur niſi in tempore. 6. ph.tex. commen.69

Velocius & tardius quomodo mouetur æquale. 7. phy.tex. commen.13

Velox non eſt acutum. 2. de anima tex.86

Velox & graue ſunt de diſpoſitionibus mobilium. 2. de anima.com.86

Velox dicitur ad illud quod eſt tardius. 10. Metaphyſico. commen.3

Velocius in æquali tempore pertranſit maius ſpacium. 6. phy.tex.com.11

Venditiones & emptiones in cunctis ciuitatibus ſunt neceſſariæ. 6. poli.cap.8

Venæ ſunt ſanguinis locus. ca.3. de ſomno.

Venarum principia quæ ſint 3.de hiſt.ca.2
De uenarum ſparſione 3.de hiſt.ca.2.3
De uenarum ſententia ſecundum aliquos 2.de hiſt. capitu. ſecundo.3
De uena aorta.3.de hiſt.ca.3.4
Venas oriri a corde 3.de hiſt.ca.3.4
Venæ unde originem habent ca.2.3.4
Venarum copia non omnibus animalibus ſimilis eſt 3.de hiſto.capitul.4
Venę ſunt uaſa ſanguinis 2. de part.ca.3
De uenis 2. de part.ca.9.3.de part.ca.9
Vena nulla per ſe ſeorſum eſt 2.de partibus ca.9
Venæ omnes oriuntur a corde 3.de part.cap.4
Venæ ex corde recipiunt ſanguinem. tertio de partibus capitulo.5
Venæ ſunt ſanguinis uas, 3.de part.ca.5.
Vena nulla manifeſta eſt 3.de part.cap.5
Venæ ſunt ſanguinis locus ca.3.de ſomno
Venarum natura eſt ſimilis naturæ oſsium. 2. de partibus capitulo.9
Venarum non pulſatilium principium & ſanguinis ſecundum Gale.eſt iecur ſecundum Ariſt.eſt cor.3.de part.ca: de corde
Venæ ſunt eiuſdem ſubſtantia cuius eſt cor.3.de part. capitulo.de corde
Venæ conditæ & exiles arguunt ſomnolentium uenæ latæ oppoſitum Them capitulo.17.18.de ſomno & uig.
Venæ quædam cor adeunt quædam a corde proueniũt Thema.cap.13.de ſomno & uig.
Venæ duæ oriuntur a corde quia natura ſanguinis eſt duplex, uenalis, & arterialis. tertio de partibus capitulo de corde
Vena magna, quæ exit a dextro uentriculo cordis eſt præſtantior uena aorta, quæ exit a ſiniſtro. tertio de partib. cap.de corde
Venæ ſunt multæ propter membrorum nutrimentum 3. de partib.cap.de cord.
Venenum duplex eſt quoddam a qualitate prima quoddam a tota ſubſtantia 5.collig.cap.18
Venena ſunt res relatiuæ, quia aliqua ſunt uenena alicui animali, alicui uero ſunt cibi 3. Ph. in prologo diſput.6.ſolut.ſexti dubii
Venenum operatur in corpore quatuor operationibus uirtutum 5.collig.ca.22
Venerem quare dicitur marti coniunxiſſe 2.pol.ca.7
Veneris uoluptas eſt maior & maxima in fine coitus 1.de gene.anim.cap.18
Venia danda eſt in ambigentibus 7.Eth.ca.3
Venia non eſt danda prauitati 7.Eth.cap.3
Venter omnibus oſsibus uacat 2.de partib.ca 9
De uentre et de eius officio 3.de partib.ca.14
Ventres neque magnitudine neque ſpecie ſunt ſimiles 3. de partis ca.14
Venter eſt paruus animalibus utrinque dentatis 3.de part. capitulo.14
Ventriculus humanus ſimilis eſt canino. primo de hiſtor. capitulo.16
Ventres in animalibus non ſunt omnes ſimiles 2.de hiſtor. capitulo.17
Venter ieiunis & inanis eſt calidus ſaturatus uero frigidus lib.de ſom.& uig.
Ventoſitas generatur a calore debili 3.collig.cap.16. quia calor fortis diſſoluit materiam diſſolutione nõ manifeſta, nec etiam ſatis frigiditas gene.uentoſitatem
Ventus utrum ſit de numero eorum quæ mouetur ex ſe uel naturaliter 8.Ph.com.35
Ventus eſt de genere eorum quæ mouentur naturaliter, cum non mouetur niſi a generante ipſum 8.Ph. com. 35
Venti conſtituuntur per motum 1.Ph.com.36
Venti uidentur adducere odores 2.de anima com.97
Ventus eſt corpus non terminatum, neque fixum 2. de anima tex.com.127
Ventorum generatio quibus locis 1.Mete.ca.4
De uentis particulariter .1.Mete.ca.11.14
Ventus ſeptentrionalis deſtruit nubes. 1. Mete. com.de pluuia.
Ventus ſeptentrionalis prohibet rorem.1.Meteoro. com. de pluuia.
Ventus ſeptentrionalis cauſat niuem. 1. Meteoro. com. de pluuia.
Ventus meridionalis cauſat rorem. 1. Meteororum. com. de pluuia.
Ventum eſſe aerem motum & fluentem ſecundum aliquos 1.Mete.ca.14.2.Meteo.cap.14
Ventum eſſe unum omnes uentos ſecundum aliquos 2. Meteo.cap.14
Ventus quid ſit & quomodo ſit & quid mouens. 1.Meteo. capitulo.14
Venti ex quibus generantur. 2.Mete.cap.4
Venti ſunt diuerſi ſecundum diuerſitas regiones & loca.2
Ventus, poſt imbres accidere ſolet.2.Mete.cap.4
Venti a meridie dicuntur auſtri, ab arcto boreæ. 2.Meteo. capitulo.4
Venti an deſuper uel deſubtus ueniãt.2. Mete.cap.4
Ventorum principium generationis eſt ex terra.2.Mete. capitulo.4
Venti omnes ſingulariter flant, minimi uero procedentes fiunt longe ualidi.2.Mete.cap.de uentis.
Venti quandoq; exterminantur a nimia caliditate ſolis exemplum de igne comburente combuſtibile antequã faciat fumum.2.Mete.ca.5
Ventus auſter flat ab æſtiua uerſione.5.Mete.ca.5
Venti a quo polo flant.2.Mete.cap.5
Venti omnes ſunt contrarii qui ſunt per diametrum. 2. Meteo. cap.6
De uentis particulariter ſecundum ſua nomina & ſua loca & quibus contrariantur.2.Mete.ca 6
Venti qui ſunt calidiores & qui frigidiores.2.Mete.ca.6
Venti contrarii flant ſecundum tempora contraria. 2.Meteoro.capitu.6
Ventos contrarios ſimul flare eſt impoſsibile. 2.Meteoro. capitulo.6
Ventus eſt ſuper terram.2.Mete.cap.9
Ventus eſt de ſubſtantia exhalationũ. 2.Mete.ca.9
Venti famoſi ſunt quatuor orientalis occidentalis ſeptentrionalis & auſtralis.2.Mete.cap.9
Ventorum numerus ſunt.xii.2.Mete.com.9
Ventus eſt exhalatio fumoſa motu circulariter circa terram.2.Meteo.com.de uentis.
Ventus ſit ex uapore ſicco.2.Mete.com.de uentis.
Venti quieſcunt cum dominantur pluuiæ. 2. Meteor.com. de pluuia.
Venti multiplicantur in annis ſiccis, & minorantur in annis pluuioſis.2.Mete.com.de uentis.
Ventus ſit exhalatione fumoſa.2.Mete.com. de uentis.
Venti propter quid circundant terram.2. Meteoror.com. de uentis.
Vẽti ſunt cauſa tonitruorũ & fulminis quę fiũt ex nubibus 2.Mete.com.de uentis.
Venti non flant ſecundum plurimum tempore caliditatis intenſæ, neque intenſæ frigiditatis. 2. Met. comment. de uentis.
Ventorum flatus quare multiplicantur in tempore ueris, & autumni, quia eo tempore nõ eſt intenſa caliditas, neque intenſa frigiditas.com.de uentis.
Venti Orientales uel Occidentales quare raro flant.2. Meteo.com.de uentis.
Venti meridionales quare flant poſt remotionem ſolis a ſua circulatione hyemali poſt.lx.dies.com.de uentis.
Venti ſeptentrionales quare flant poſt remotionem ſolis á parte æſtuali poſt.xx.dies.com.de uentis.
Venti ſeptentrionales fiunt, cum ſol fuerit propinquior parti ſeptentrionali.2.Mete.com.de uentis.
Venti non generantur per quamlibet caliditatem accidẽtalem.2.Mete.com.de uentis.
Ventus auſtralis eſt calidus & humidus.2.Mete.commen. de uentis
Vẽtus ſẽpiternalis eſt frigidus & ſiccus.2.Mete.cõ.de uẽtis

Ventus orientalis eſt medius inter frigiditatem & calidi-tatem propter reſpectum ad utrolque.ſecundo Meteo. com.de uentis
Ventus ſeptentrionalis eſt frigidus & ſiccus quia flat ex lo cis deſertis & ſiccis & depreſſis.com.de uentis.
Venti orientales ſunt calidiores occidentalibus.commen. de uentis
Ventus orientalis eſt calidus.com.de uentis
Venti quare fiunt magis in parte ſeptentrionale, quàm in parte meridionali. ſecundo Meteororum commen. de uentis
Ventorum paucitas in oriente & in occidente ſecundum Alexandrum eſt ſiccitas quæ dominatur in illis locis. cõ. de uentis
Venti materia in æſtate deficit propter dominium calidita tis 4.Meteo.com.de uentis
Ventus meridionalis non uenit propter fortitudinē ſolis operationis.com.de uentis
Venti aſsimillantur fluminibus . ſecundo Meteoror. com. de uentis
Venti quanto magis remouentur a principiis eorum tantò magis fiunt maiores 2.Meteo.com.de uentis
Vētorum duorum oppoſitorum flatus in una eſt eadem hó ra ex duabus cauſis diuerſis. ſecundo Meteor. commen. de uentis
De uentis oppoſitis flantibus in diuerſis temporibus.com. de uentis
De uentis meridionalibus & de aliis quare flant uno tempore & non in alio 2.Meteo.com.de uentis
De uentorum proprietatibus 2.Meteo.com.de uentis
Ventus meridionalis commouet nubes & congregat eas 2. com.de uentis
Ventus Septentrionalis quare ſegregat & deſtruit nubes com.de uentis
Ventus de ſua natura eſt reſoluere circa terram 2.Meteor. com.de uentis
Ventus eſt exhalatio fumoſa mota circulariter ſuper terrā Mete.com.2
Ventus accenſus cur deſcendit 2.Meteo.com.de uentis
De uentis uertiginoſis 2. Mete.com.de uentis
De uentis tempeſtuoſis 2.Mereo.com.de uentis
De uentis eleuantibus naues & animalia 2.Mereo ro.com de uentis
Ventos ut plurimum præcedit fulgur. 2. Meteoro.com.de uentis in fine
Venti dicuntur quod ſunt tantum duo,unus borealis alter auſtralis, alii uero dicuntur exceſsus eorum duorum.4. polit.cap.3
Venti ſunt in cauſa quod etiam capræ & oues aliquando fœminam aliquando maſculum pariunt'.ſexto de hiſto. capitulo.19
Ventus ſeptentrionalis aerem refrigerat licet ipſe ſiccus 4.coll.cap.14
Venti et fluuii conſtituuntur per motum . 2. de anima commen.36
Ventus eſt de numero illorū entium quorum ſubſtantialis diffinitio conſiſtit in motu.diſpu.3.ſolu.8.dub.
Ventriculus humanus ſimilis eſt canino 1.de hiſt.cap.16.qui de de uentre
Venus quare dicitur quod cum Marte ſe coniungit 2.pol. capitulo.7
Veneris uoluptas eſt maior & maxima in fine coitus 1. de gene.anim.cap.18
Venuſtas circa corpora magna 4.Eth.com.8
Ver eſt tempus conficiendi mel.9.de hiſt.cap.40
Ver eſt tēpus in quo operationes nutritiuæ ſunt perfectio-res.2.collig.cap.ult.
Veris temperamentum attēditur penes corpus humanum ſecundum medicos.2.colli.cap.ult.
Verax quid ſit 4.Eth.cap.14
Verax laudandus eſt 4.Eth.capitu.14
Verax eſt uir probus 4.Eth.cap.14
Verax eſt qui uerum diligit 4.Eth.ca.14
Verax eſt ille in quo ueritas adducit ad iuſtitiam 4.Ethicō. commen.14
Verum eſt in eo ubi locum habet.4.Ethi.com.14
Verberans & uerberatum utrum ſonet. 2. de anima. text. com.85
Verbum quid ſit.1.periher.ca.3
Verbum eſt illud quod ſignificat tempus cuius pars nihil extra ſignificat.1.peri.cap.3
Verbum eſt eorum quæ ſemper de altero prædicantur . 1. periherm.cap.3
Verbi proprium eſt ut ſit ſemper appoſitum & non ſuppoſi tum prædicatum & non ſubiectum.1.periher.com.c.3
Verbum aliquando eſt prædicatum.1.periher. com.3
Verbum in quo differt a nomine . 1. periher.commento. eſpirulo.3
Verbum infinitum quid ſit.1.peri.com.cap.3
Verbum in quo aſsimilatur nomini.1.periherm.commen. capituli.ter.
Verba non ſufficiunt ad faciendum nos bonos. 10.Ethico. capitu.12.ulti.
Verba translaticia non debēt uſitari in ſcientia demonſtra tiua.1.cœli.com.105.2.poſt.4.de genera.ani.cap.8
Verecundia non eſt uirtus.2.Ethi.ca.7
Verecundia affectui magis quam habitui ſimilis eſt.4.Eth. capitulo.16
Verecundia eſt quidam timor dedecoris. 4. Ethicorum capitulo.16
Verecundantes erubeſcunt.4.Ethi.cap.16
Verecundia eſt magis affectus quàm habitus. capit. 16. 4. Ethic.cap.16
Verecundia non conuenit omni ætati.4.Ethi.cap. 16
Verecundia conuenit iuuenili ætati . 4. Ethicorum capitulo.16
Verecundia in iuuenibus laudatur.4.Ethi.cap.16
Verecundia in ſenibus non laudatur.4.Ethico.cap.16
Verecundia non eſt improbi.4.Ethi.cap.16
Verecundia eſt in uoluntariis.cap.16
De uerecundia Ariſt.non loquitur ſecundum quod ſit uirtus.com.16
Verecundia eſt potius paſsio quam diſpoſitio . 4. Ethicor. commen.16
Verecūdia non ſit niſi propter mala.4.Ethi.com.16
Verecundus laudatur.2.Ethi.ca.ſeptimo.
Veritatis comprehenſibilitas ubi congregatur non impe-ditur.3.phy.in prohemio.
Veritas neq; falſitas non eſt in legibus. 3. phyſicorum in procemio.
Veritas magis durat in propriis rebus ſenſus quam intel-lectus.3.de anima.com.152
Veritas & falſitas inueniūtur in compoſitione. 3.de anima commen.22
Veritas & falſitas non accidit compoſitioni in propoſitio nibus in quibus prędicatum eſt nomen,ſed in quibus eſt uerbum ut ſocr.ſit uel Socrates erit uel Plato. eſt. 3. de anima.com.22
Veritas aut falſitas ſemper inuenit in intellectu materiali 3. de anima.com.26
Veritas & falſitas ſunt fine operatione & ſunt in eodem ge nere.3.de anima.com.34.2.Meta.tex. com.3
Veritas & falſitas exiſtentes in intellectu ſpeculatiuo ſunt aliæ a falſitate & ueritate exiſtentes in intellectu ope-ratiuo.3.de anima.com.34
Veritas eſt in genere boni & falſitas in genere mali . 3. de anima.com.34
Veritas in intellectu ſpeculatiuo eſt abſolute bonum, in intellectu operatiuo in reſpectu & ſecundum conditio-nem.3.de anima.com.34
Veritatis comprehenſio non eſt impoſsibilis in multis mo dis.2.Meta.com.1
Veritas non comprehenditur ab aliquo ſecūdum totum. 2. Meta.com.1
Veritatis ſcientia eſt philoſophia.2.Meta.tex.3
Veritatis eſt finis theoricæ.2.Meta.tex.3
Veritatis nobilitas.2.Meta.com.4
Veritas ad cognoſcendum eſt difficillima.3. Metaphyſic. tex.14

textu.16
Veritas quomodo ſcienda eſt.4.Met.tex.com.8
Veritas quibuſdam ex ſenſibilibus accidit circa apparentia.4.Meta.tex.21
Veritatem nullam eſſe ſecundum aliquos.4.Metaphyſico. commen.21
Veritatem nullam eſſe extra animam ſecundum Democr. commen.21
Veritatem quæri ab illis antiquis eſt ſimile currentibus ad uolantem.4.Meta.tex.com.24
Veritas in ratione uel in mente uel in opinione eſt adæquatio rerum uel opinionum,conceptorumque com.de form.in ſex princ.
Veritas eſt duplex in oratione. comment. de forma in ſex princ.
Veritas atteſtatur ſibi Met.& conuenit ex omnibus partibus.1.prior.com.30
Veritas omnis eſt per ſyllogiſmum.2.prior.com.23
Veritatem præferre in honore eſt proprium.1.Ethi.c.7
Veritas eſt bona & laudabilis.4.Ethi.cap.14
Veritas eſt opus ambarum particularum intellectiuarum. 6.Ethi.cap.3
Veritas eſt actio intellectus practici & ſpeculatiui.6.Ethicor.commen.4
Veritas quandoq; inuenitur per propoſitiones falſas quandoq; per propoſitiones ueras.6.Ethico. com.10
Veritas conuenit & atteſtatur ſibi omni modo.3.de anima commen.5
Veritatis comprehenſio quodam modo eſt facilis & quodã modo difficilis.2.Meta.tex.com.1
Veritatis comprehenſio indiget longitudine temporis . 2. Meta.tex.com.1
Veritatem expectare a dicentibus ſermones falſos eſt uolantia perſequi.4.Meta.tex.com.21
Veritas in cunctis rebus eſt deſiderata magis naturaliter a uirtute intellectuali.diſpu. prima in prohęmio.
Veritas quæ eſt in intellectu potentia eſt oppoſita falſitati Themiſt.3.de anima.com.45
Veritas nequit oſtendi ut plurimum niſi illis qui per ſuam uiam recte ambulauerint.3.diſpu.ſolu.18.dub.
De uermibus uide in ſequenti pagina poſt Vertibulos.
Verum impoſsibile eſt ut ex ſe tranſmutetur ſine tranſmutatione rei.2.de anima.com.156
Verum & falſum accidit in imaginatione . 2. de anima commen.161
Verum non ſcitur ſine cauſa.2.Meta.tex. com.4
Verum primum eſt quod eſt magis uerum omnibus aliis.4. Meta.com.8
De uero & quod eſt maioris & minoris ueritatis. 4.Meta. commen.18
Verum non iudicatur pluralitate ſecundum aliquos neq; paucitate.4.Met.tex.com.21
Verum uero conſonat ex omni parte,& falſum a uero ſemper diſſonat.3.de anima tex.com.5
Vera utrum ſint talia uigilantibus qualia dormientibus . 4. Meta.tex.com.24
Verum non eſt omne quod eſt apparens. 4. Metaphy.text. commen.24
Veri diffinitio eſt id quod non eſt falſum.4.Meta.com.27
Verum & falſum congregari in eodem eſt impoſsibile. commen.27
Veri diffinitio eſt diuerſa a diffinitione falſi. 4. Metaphyſi. commen.27
Verum intelligitur eſſe ſeu affirmatiuum ſeu negatiuum id quod eſt extra animam ſicut eſt in anima. 4. Meta.cõ.27
Verum & falſum non habet medium.4.Meta.com.27
Verum nihil aliud eſt quam negare falſum . 4 . Metaphyſi. tex.ultimo.
Verum eſt illud quod opponitur falſo. 4. Metaphy.textu. commen.ulti.
Verum in actu & potentia non eſt idem . 5. Metaphyſicor. commen.34
Verum habet affirmationem in compoſito & negationem in diſiuncto.6.Meta.tex.ult.
Verum & falſum non eſt in rebus ,ſed in mente.6.Metaph tex.ult.
Verum & falſum ſunt in cognitione,non in materia.6.Meta.com.ult.
Verum eſt ſemper uerũ in rebus neceſſariis.9.Meta.cõ.21
Verum eſt ſemper uerum in rebus poſsibilibus quæ nõ mutantur a diuiſione in cõpoſitionem.9.Meta. com.21
Verum ſit aliquando circa impoſsibilia & aliquãdo falſum.9.Meta.tex.22
Verum & falſum quomodo eſt in compoſitis & quomodo in ſimplicibus.9 Meta.com.22
Verum ſequitur opinionem ſm aliquos.10. Meta. com.5
Verum oportet uenari ex ſemper eadem habentibus & neque unam permutationem facientibus.11.Met.capitu.5
Verum impoſsibile eſt monſtrari ex falſo.1. poſt.tex.28
Verum duplex.ſ.neceſſarium & poſsibile, uerum neceſſarium opponitur falſo impoſsibili & uerum poſsibile opponitur falſo poſsibili.1 .celi in paraph.sũma.10.parte.3
Vera & prima ſunt quæ per ſe ipſa & non per alia fidem præbent.1.Topi.cap.1
Veriſsimum eſt quod poſterioribus cauſa eſt ut ſint uera.2 Meta.tex.com.4
De uertibulis.4.de hiſt.cap.6
Vertibuli adhærent ſaxis.4.de hiſt.cap.6
Vermen quæ animalia generent.1. de hiſt.ca.5
Vermes quomodo generantur.5.de hiſt.ca.19
Vermium tria ſunt genera.5.de hiſt.ca.19
Vermes aluntur & emittunt ſtercus.5. de hiſt.cap.2
Vermis ex quo toto animal gignitur.2.de gene. cap.1
Vermis eſt res imperfecta.2.de gene.cap.1
Vertebræ omnes foramine medio ſibi iunguntur. 3.de hiſtor.cap.7
De Vero uide poſt ueritatem.
De Veſica urinę.3.de hiſt.cap.15
Veſica non eſt data omnibus animalibus.3.de hiſt.ca.15
Veſica data eſt quibus animalia gignũtur.3.de hiſt.ca.15
Veſica præciſa coire non poteſt.3.de hiſt.cap.15
Veſica quibus animalibus data eſt & quibus non.3.de partibus.anim.cap.7.8
Veſica ineſt omnibus habentibus pulmonem ſanguineũ.3 de parti.cap.8
Veſica inter animalia corticata omnia carent excepta teſtudine marina quæ habet pulmonẽ.3.de partibus.c.9
Veſica carent animalia pennata & corticata excepta teſtudine.3.de partibus ca.9
Veſica, & renibus quæ animalia careant.2.de hiſt.cap.16
Veſica quare data eſt animalibus. Gal. 4 .de uſu partium . capitulo.18
Veſpę uidentur fieri ex equis mortuis.12.Metaph.com.18 12.Meta.com.18
Veſpæ quoq; diuiſæ uiuunt.4.de hiſt.cap.7
Veſpæ ſine capite uiuere non poſſunt.4.de hiſt. cap.7
De ueſparum generatione.5.de hiſt.cap.20
Veſpæ quomodo procreant 5.de hiſt.cap.20
Veſpæ in autumno moriuntur.5.de hiſt.ca.20.9.de hi.c.41
De ueſparum fœtura.5.de hiſt.ca.13
De ueſparum duorum generibus.9.de hiſt.cap.41
De ueſparum ſtudio.9.de hiſt.cap.41
De ueſpis uide diffuſe.9.de hiſt.cap.41
Veſpertilio non comprehendit maximum ſenſibilium circa ſolem, 2.Meta.tex.com.1
Veſpertilio impoſsibile eſt ut comprehendat ſolem.2.Metaph.com.1
Veſpertilio eſt neuter inter aues & pedeſtres. 4. de partibus.cap.13
Veſpertilio uidetur ancipitris naturę inter uolucres & terreſtria animalia.4.de partibus.ca.11
Veſtes quæ mundiſsimæ ſunt certiſsimę inquinantur.Ariſt. li.de inſom.li.de ſomno.
Veterani ſunt graues ad amicitiam propter paucitatẽ alacritatis.8.Ethi.com.4
Vetuſta plerunq; ſunt rudiora nouis.2.poli.cap.8
Via ad ueritatem uno modo eſt facilis altero modo eſt difficilis.2.Meta.com.1

Via logicalis utrum per quã ſubſtantiæ cognoſcuntur utrũ ſit una.3.Meta.com.4

Via doctrinæ eſt triplex genus demõſtrationis ſcilicet demonſtratio ſigni demonſtratio cauſæ & demõſtratio ſimpliciter.1.phy.in prohæmio.

Via in rebus generabilibus per naturam eſt de ſpecie eius ad quod terminatur ſed differunt ſecũdum magis & minus.2.phy.com.14.5.Ph.com.9.3.phy.com.4

Via ad rem eſt aliud ab ipſa re.3.phy.com.4

Via quæ eſt inter potentiam & actum eſt de illo genere de quo eſt actus & eſt idem cum actu.5.ph.com.9

Via quæ eſt inter potentiam & actum differt ſecundũ magis & minus.5.ph.com.9

Via legis differt a uia philoſophorum quia uia legis eſt ſimplex & narrata ponitur.diſpu.ſexta ſolu. dubii ſexti.

Via lactea quid ſit.1.Mete.com.9

Via lactea eſt accidens eueniens cælo ſtellarum lucidatũ. a.Mete.com.9

Via ex qua diſſoluuntur quæſtiones eſt alia a uia ex qua accidunt quæſtiones.3.Meta.tex.com.1

Via naturalis ĩ cognitiõe cauſarũ procedit ex ignotiorib. apud naturam ad notiora apud nos.2.de anima com.12.33.1.ph.tex.com.2.57.3.cæli.com.61.7.Meta.com.10.5.de anima.com.10

Via utrum ſit a principiis ad principia.1.Ethico. ca.5

Via ad perfectionem eſt alia ab ipſa perfectione.3.phyſic. commen.4

Videre impoſsibile eſt ut patiatur a colore,ſed patitur a medio.2.de anima tex.com.74

Videre impoſsibile eſt ſine lumine. ca.2. de ſenſu.

Videre eſt proprium uiſui.ca.2.de ſomno.

Videre præ omnibus ſenſibus eligimus. 1. Metaphyſicor. in prohœmio.

Videns eſt id quod patitur a colore.2.de anima.com.125

Videre facit nos cognoſcere.1.Meta.in prohemio.

Videre differentias rerum demonſtrat. 1. Metaphyſicor. in procemio.

Videre acute eſt duobus modis.5.de gene.anim.ca.1.2

Videre quandoq; indignius eſt quam non uidere.12.Meta phy.text.51

Videre non eſt ſine lumine.3.de anima tex.com.166

Videre ſit patiẽte aliquo ſenſitiuo.2.de anima tex.com.74

Videre quamuis nobilius ſit quam non uidere, tamen hoc non eſt ſimpliciter.12.Meta.com.51

Vigilantia uigilans & dormiẽtia dormiũt. com. de ſomno.

Vigilantes non capiuntur ita ab epilepſia ſicut dormientes cap.3.de ſomno.

Vigilandi exceſſus quandoq; eſt ab ægritudine quandoq; abſq; ægritudine.ca.1.de ſomno.

Vigilare eſt contrarium ei quod eſt dormire.capitulo.1. de ſomno.

Vigilare diffinitur diſſolutione ſenſus.ca.1.de ſomno.

Vigilare eſt neceſſarium in eſſe omni ut dormire.capitu.1. de ſomno.

Vigilare eſt in potentia & in actu.cap.1.de ſomno.

Vigilare ſemper,aut dormire nullum animal reperitur.1. de ſomno,& uigilia.

Vigilare eſt poſtrema perfectio animalis. ſecundo de anima.com.20

Vigilia & ſomnus ſunt ab anima.3.de anima tex.com.43

Vigilia & ſomnus quare & quibus accidit.cap.1. de ſenſu, & ſenſato.

De uigilia & de ſomno.ca.1.de ſom.uig.

Vigilia & ſomnus utrum ſint propria animæ uel corporis. com.de ſomno.

Vigilia & ſomnus cui particulæ animæ uel corporis ſit. com.de ſomno & uig.

Vigilia & ſomnus propter quid ſunt animalibus. capit. de ſomno & uig.

Vigilia & ſomnus nunquid ſint ambo animalibus uel non. com.de ſomno.& uig.

Vigilia & ſomnus eſt circa idem animal. commento de ſomno.

Vigilia & ſomnus non eſt his qui ſolum participãt augumenti & decrementi ut plantæ.cap.1.de ſomno.

Vigiliæ & ſomnus uterq; inſunt animalibus.capitulo.1. de ſomno.

Vigilia & ſomnus eſt paſsio circa ſenſum primi ſenſitiui c.1.de ſomno & uig.in com.

Vigilia eſt ſolutio & remiſsio.ca.1.de ſomno.

Vigilia & ſomnus non exiſtit ſine ſenſu.capitulo.1.de ſomno & uig.

Vigilia & ſomnus eſt paſsio ſenſitiui. capitulo primo de ſomno.

Vigilię cauſa finalis.cap.2.de ſomno.

Vigiliarum actus non memorantur.cap.2.de ſomno.

Vigiliæ quomodo accidunt poſt ſomnum. capitulo. 3. de ſomno.

Vigiliæ fiunt maxime ex nutrimenti grauitate.capitulo.3 de ſomno.

Vigiliæ & ſomnus deſcribuntur multis modis. commen. de ſomno.

Vigilia eſt ſenſus in actu.commen.de ſomno.

Vigilia & ſomnus ſunt eadem in ſubiecto & duæ ſecundũ modum & diffinitionem.com.de ſomno.

Vigiliæ & ſomni ſubiectum eſt uirtus ſenſibilis comprehẽdens.com.de ſomno.

Vigilię & ſomnus non attribuuntur nutritiuæ,ſed ſenſitiuę com.de ſomno.

Vigilia eſt continuatio motus uirtutis ſenſibilis ad ſua inſtromenta.com.de ſomno.

Vigilia eſt diſſolutio uirtutum ſenſibilium & earum debilitas.com.de ſomno.

Vigiliæ principium eſt a corde,finis ad cerebrum. com. de ſomno.

Vigilię accidunt propter calidum & ſiccum quæ dominantur.com.de ſomno.

Vigilia delectatur quia comprehenditur. 12.Metaphyſic. commen.39

Vigilia ſenſus & intellectus ſunt in nobis uoluptuoſi. 12. Meta.com.39

De uigilia & ſomno animalium.4.de hiſto.cap.10. 5.de genera.anim.cap.1

Vigilia an ſomnum pręcedat.5. de generatio. animalium. capitulo.1

Vilia melius eſt ignorare quam ſcire. 12.Metaphyſicorum commen.51

Vinum omne in quo eſt nigredo & turbiditas uincit terreitas & aqueitas.4.Mete.tex.48

Vina non conferre pueris.cap.3.de ſomno.

Vina non conferre nutricibus puerorum. ca.3. de ſomno.

Vinum quare eſt ſomniferum. cap.3.de ſomno.

Vinum quoddam coagulatur & pheſim patitur.cap.4.Meteoro.tex.40

Vinum dulce exhalat.4.Mete.tex.48

Vinum nouum & uinum antiquum non dicitur in una ſpecie quia eſt alter nouum ab antiquo. 4. Meteororum. textu.48

Vinum non eſt materia aceti neq; materia potentia acetũ. 8.Meta.tex.14

Vini potus ad inſolentiam impellit liberos. 1. œconomi. capitulo.5

Vinum ſeruis eſt parum aut nihil tradendum.1. œconomi. capitulo.5

Vinum nouum habet plus terrę quam antiquum.4.Meteo. tex.com.48

Vinum unum dicitur & aqua una inquantum indiuiſibile ſecundum ſpeciem.5.Meta.tex.com.9

Vinum natationem cibi in ſtomacho uetat, uẽtoſitatem reſoluit urinam prouocat & ſudorem emanat animamq; lætificat.7.colli.cap.6

Vinum lætificat animam & adiuuat naturam ad expellendum ſuperfluitates.7.collig.cap.6

Vinum aromaticum eſt melius quod poteſt reperiri in ſincopi.7.collig.cap.16

Vinum citius digeſtioni præparatur omnibus aliis cibis.7 collig.cap.16

Vina temporibus calidis fæce ſubuerſa deprauantur.

3.de

3.de gene.anim.ca.2
Vinum & ceruſia duabus reſiſtunt choleris. 6. collig. capitulo.6
Vinum nouum abſolute eſt calidius antiquo,ſed in comparatione corporis humani uinum antiquum eſt calidius nouo.2.de generat.anim.cap.2
Vini & olei natura maxime alienos odores ſuſcipit.de inſomniis li.de ſcmno.
Vinum dulce exhalat,piogue enim eſt & non coagulatur a frigore.7.collig.ca.16
Violentia quid ſit.3.cæli.com.20
Violentia non intelligitur niſi reſpectu naturæ. 1.cæli.cõ. 62.2.cæli.com.83.1.cæli.com.14
Violentum nullum eſt perpetuum.2.cæli tex. com.17.18. 1.cæli.14.2.cæli.71.96.5.Meta.tex.com.6
Violentum non eſt niſi ſit prius naturale. 2.cæli.textu commen.83
Violentus motus non dicitur niſi reſpectu naturalis.2.cæli com.83.84.1.cæli.14.1.de anima.com.40.4.cæli.41
Violentum ſi eſt eſt etiam naturale & natura. 2.cæli textu commen.86
Violentus motus omnis eſt generabilis & corruptibilis.2. cæli.com.96
Violentus motus non inuenitur in aliquo niſi poſt motum naturalem.3.cæli.com.20
Violentus motus non inuenitur in aliquo niſi etiam ſit naturalis.com.20
Violentus motus non eſt ſemper.3.cæli.com.20
De motu uiolento non dicitur niſi reſpectu naturalis.4.cæli.com.41
Violentus motus eſt extra naturam.4.cæli tex. com. 67.5. de gene.anim.cap.8
Violentus motus eſt poſterior eo qui eſt ſecundum naturã tex.com.67
De motu uiolento uide de Motu.
Violentum eſt neceſſarium ſecundum aliquos. 5.Metaph. textu.61
Violentum non eſt perpetuum neq; neceſſarium. 5.Meta. tex.com.6
Violentum eſt præter naturam.5.de gene.ani.cap.8
Violẽtum eſt cuius principium ab extra tale exiſtit in quo agens uel patiens nihil confert. 3.Ethicorum capitulo. 2.& 3.
Violentum non eſt manſiuum. 12. Meta.com.54.2. cæli.t. commen.18
Violentum non eſt in rebus ſempiternis.5.Meta.tex.com. 6.2.Meta.tex.com.18
Violenter motum mouetur ab alio.3.cæli.com.28
Vipera animal ædit poſtquam inter ſe peperit oua. 9. de hiſt.ca.11.1.de gene.anim.ca.10
De uiperæ lœſura.5.de hiſt.ca.34
Vipera ex ſerpentibus una animal ædit. quin. de hiſtoria. capitulo.34
